

vestem altera | lintea pura: tunicam, pallium, stola, zona. | Bubasto<sup>5</sup>: vestem siricam purpuream, et | callainam<sup>6</sup>; labellum marmoreum cum | columella; hydria Hypsiana<sup>7</sup> et lentea | purpurea cum clavis aureis et zona | aurea, tunicas II praecineta et discincta | et palliolum; vestem altera alba: tunica, | stola, zona et pallium.

*Prope Nemi, ubi fuit lucus et templum Dianae (cf. N. 3233 seq.) rep. (XIV 2215 vidit Henzen). — 1) Fana fuisse Isidis indicio sunt sistrum et vestis lintea infra enumerata. — 2) Cf. N. 4422 not. 5. — 3) Quid sit, ignoratur. — 4) Cf. N. 4575. — 5) Hinc videntur incipere res alteri fano traditae (indicio est, Bubasto vocabulum paullo ultra versum prominens), et Bubasti nomine significari alterum ex duobus illis fanis Isidis; cf. N. 4575 not. 1. — 6) Cf. N. 5495. — 7) Hypsianae cognomen obscurum.*

**4424** I. o. m. Hammoni Chnubidi<sup>1</sup>, | Iunoni Reginae, quor. sub | tutela hic mons est, quod | primitus sub imperio p. R., | felicissimo saeculo dd. | nn. invictor. imp. Severi et | Antonini Augg. | et G[etae nobili]ss[imi] Caes. ei]<sup>2</sup> | Iuliae Domnae Aug. m. k.<sup>3</sup>, | iuxta Philas novae | lapicaedinae adinven]tae, tractaeque sunt para]staticae et columnae | grandes et multae, sub | Subatiano Aquilae (sic) pr. | Aeg.<sup>4</sup> Curam agente op. dominic.<sup>5</sup> | Aurel. Heraclidae (sic) dec. al. Maur.<sup>6</sup>

*In lapicidinīs prope Syenen rep. columna, nunc Parisiis (III 75 descr. Letronne aliiqve). — 1) Conferendi sunt tituli dedicati Χνούβει τῷ καὶ Ἀμμωνι, Σάττει τῷ καὶ Ἡοῦ, Ἀνούκει τῷ καὶ Ἐστιά καὶ aliis diis compluribus, ap. M. Strack die Dynastie der Ptolemäer p. 251, 95. 256, 108 = C. I. Gr. 4895, hic certe repertus non longe a Syene in insula catarractarum. Ἴερὸν Κνούφιδος in vicina insula Elephantine memorat Strabo XVII p. 817. Cf. praeterea Drexler myth. Beiträge I p. 61 seq. — 2) Getae nomen erasum. — 3) Matris kastrorum. — 4) Subatianus Aquila praefectus Aegypti anno decimo Severi (cf. Prosopogr. imp. Rom.). — 5) Operum dominicorum. — 6) Decurione alae (Thracum) Mauretanae. Idem memoratur inter decuriones alares supra N. 2545. Alium decurionem alarem stationem agentem in lapicidinīs Aegyptiis habes supra N. 2610.*

*Incertum num Hammoni Iovi positus sit titulus supra N. 3558.*

**4425** I. o. m. | Ammoni (sic) | Mercurius | votum solvit | letus (sic) libes me]rito Maxim]o et Urban]o cos.<sup>1</sup>

*Carnunti rep. (III S. 11128 vidit Hirschfeld). — 1) A. 254.*

**4426** Iovi | Hammoni | et Silvano | P. Stertinius | Quartus<sup>1</sup> d. d.

*Romae in S. Caecilia trans Tiberim (VI 378 bis vel adeo semel tantum descripta saec. XV exeunte). — 1) Fortasse Stertinius Quartus is qui proconsul Asiae fuit sub Hadriano.*

**4427** Iovi Hammoni | barbaro<sup>1</sup> Silvano | sacerdotes: | Sempronia Sal-sula mater sac., | C. Iunius Mercurius, | L. Pistorius Suavis, | (sequuntur alia nomina decem). (Postea alia manu additum) Q. Liberius Procu]llus sacerdos, | Valeria Pauli]na mater | sacroru. (Rursus alia manu) Q. Caecilius Hono-ratus, | !!!!!!!!!!!!!<sup>2</sup> | sacerdotes | dei barbari Silvani.